

molumentoque distrabatur.

Salem non in maritimis solum Provinciis conficiunt, sed etiam in continente aquas inuenies, è quibus nullo negotio concresecit. Itaque ubique abundat, ac nihilominus ex eo quod sal in omnes prope humanos usus adhibeatur, fit, ut in regios thesauros è salis commercio copiosum vectigal inferatur; & negotiatores, qui in sale negotiantur, sint in primis copiosi. Sacchari apud Sinas frequentior est usus quam mellis, tametsi æque utrumque abundat. Cera vero non ea sola, quam apes concinnant, sed alia est nō candidior solum, sed etiam altera præstantior, nam & minus glutinosa est, & accensa clarius splendet. Ea è vermiculis quibusdam conficitur, quos in hunc usum in arboribus educant. Aliam quoque conficiunt ex arboris cuiusdā fructu, quæ superiori minime est in candore inferior, sed tamen